

II<sup>1</sup>.

1. Nú fyrir því at maðrinn sè skynsamligum anda skryðdr ok prýðdr, þá skilr hann ok greinir alla<sup>3</sup> luti gjörr ok glöggra en önnur kykvendi: þá neyti ok njóti þess láns með guði. Hjarta manns kennir alls, ok við hjartað liggr bæði barki ok vélendi, ok andblásnar æðar renna þar upp ok rætast, bæði þær æðar, er bera vind eða blástr, blóð eða ljóð<sup>3</sup>; ok á annan veg horfa þær svá, at þær mætast við túngurætr,

<sup>1</sup>) *Tractatus secundus eo memorabilis est, quod secundum correctionem Raskii literam ð in alphabetum islandicum primus introduxit. Sunt vero tres consonantes, þ, v, ð, ex alphabeto Anglosaxonico in alphabetum adaptatæ, docente Raskio (Lestrar-kver, p. 49; Dansk Retskrivningslære, p. 84; Samlede Afhandl. 1, 149). Hinc, quum primum tractatum ad annos 1150-60 retulerim, non audeo tractatum secundum inferius deprimere quam ad annum 1200. Raskius, Edda Sn. p. 288 not. hunc tractatum a tractatu primo distinxit his verbis: hæc scriptiuncula ab alio auctore composita esse videtur, quum priori nonnullis locis repugnet, v. c. de litera c, neque minutias tantopere sectetur. In Cod. vero Worm. tractatus primus et secundus, interjecto vacuo spatio, sex linearum capaci, dirimuntur, in qua lacuna scriptum est manu ut videtur Johannis Olavii Grunnavicensis: að því sem nú kemr sýnist annar auctor: 1. sökum niðrlagsins á fyrirfarandi PAGINU; 2. hann hefir skipað málstöfum eins og hinn fyrri, þó með færri orðum, sem væri þetta hins EPITOME, ok aukit þó ymsu við, ok haft öðruvísi deilingu stafrófsins; 3. nefnir öðruvísi hlutina en hinn; þessi auctor sýnist ad vera Ólafr Hvitaskáld. Quæ adnotatio, cui nonnulla opponi possent, tractatum secundum et tertium confundit, utrumque referens ad Olavum Albipoëtam. Joh. Olavii Grunnavicensis Præfationem, tractatum primum et secundum eidem auctori tribuit, ita ut tractatum secundum pro iteratione præcedentis argumenti habeat. Sed si vel sola spectes nomina rerum ad Grammaticam pertinentium, auctores primi et secundi tractatus a tertio, secundus a primo, discedunt; v. c. secundus, primum*

## II.

1. Igitur, quum homo animo rationali sit præditus et ornatus, omnes res perfectius et distinctius, quam cetera animalia, intelligit et discernit; quo munere, deo juvante, utatur et fruatur. Cor hominis omnia sentit, cordique adjacent et guttur et gula, ibique venæ spiritu inflatæ oriuntur et radices agunt, tam venæ, quæ ventum sive flatum ferunt, quam quæ sanguinem vel sonum, quæ in aliam partem sic vergunt, ut ad radices linguæ inter se occurrant, quod cuique opus est adpor-

*verbo tenus secutus, nomen, figuram et potestatem literæ vocat nafa, likneski, jartein, tertius nafa, figúra, veldi eðr mátt; primus et tertius vocales raddarstafl (literas vocis), secundus hljóðstafl (literas soni), consonantes primus et tertius samhljóðendr, secundus málstafl (literas sermonis) appellat; apud primi tractatus auctorem málstafl literas in genere significat, apud secundi tractatus auctorem consonantes, quæ vocalem et præcedere et consequi possunt; apud illum höfuðstafl sunt omnes literæ initiales, majusculæ, apud hunc tantum quatuor illæ consonantes, quæ nonnisi in principio vocum occurrere possunt. Ceterum hic tractatus primo tractatui multum cedit et subtilitate argumenti et ordine sententiarum; nam sonorum sermonisque descriptio et dispositio literarum vitio nimis affectationis non caret, v. c. distinctio hljóðstaflr, raddarstaflr, málstaflr, ex hljóð, rödd, mál. Verum videtur auctor ignotus duos commentarios ad manum habuisse, alterum exoticum, qui literas cum notis et instrumentis musicis comparavit, multis argutiis de sonorum speciebus et sermonis qualitate plenum, alterum islandicum, nempe tractatum primum, ex quo particulam de Titulis et dispositione Consonantium partim verbo tenus excerptit. Quorum neutrum ita conjungere aut in usum convertere potuit, ut inde aliquid simplex et unum sibi-que constans prodiret. — <sup>2</sup>) allra, W. — <sup>3</sup>) Confer Isidori Hispalensis Originum libr. 11. c. 1: "Hujus (o: cordis) duæ arteriæ sunt, de quibus sinistra plus sanguinis habet, dextra plus spiritus".*

með því hver<sup>1</sup> er þarf; renn ok rödd upp fyrir hverju orði. Þarf ok með orði hverju þrjár þessar greinir: minni ok vit ok skilning; minni at muna orða atkvæði, vit at hugsa hvat hann vill mæla, skilning til þess hvat í þýr orðunum.

2<sup>2</sup>. Nú hafa þessir lutir hljóð, sumir rödd ok sumir mál, sem sagt var<sup>3</sup>. Sú er ein grein hljóðs, er þýtr veðr eða vötn, eðr sjór, eðr grjót eðr björg eða jörð hrynr; þetta hljóð heitir gnýr eða þrymr, dynr eða dunur; svá þat hljóð, er málmr mætist, eða manna þyss; þat heitir ok gnýr, glymr eða hlymr; svá þat, er viðir brotna eða gnesta, þat heitir brak eðr brestir; þetta eru vitlaus hljóð; en hér umfram er þat hljóð, er stafi eina skortir til máls: þat heitir saungr, þat eru hörpur eða önnur söngfæri. Önnur hljóðsgrein er sú, er fuglar eðr dýr eðr sækvikendi hafa, þat heitir rödd; heita þær raddir á marga lund: fuglar sýngja eða gjalla eðr klaka, ok þó með ýmsum háttum; dýra rödd er greind með mörgum nöfnum, ok kunnu menn skyn hvat þikkjast benda í sínum látum sumum; sækvikendi blása eða gjalla. Allar þessar raddir eru mjök skynlausar, svá at flestr luti manna viti. Þriðja hljóðsgrein er miklu merkiligust, er menn hafa, þat er hljóð ok rödd ok mál. Málið gjörist af blæstrinum ok túngubragðinu ok skipan varranna.

<sup>1</sup>) hverr, W. — <sup>2</sup>) Hæc, quæ sequuntur, U quasi introductionem clavi metricæ Snorrii præmisit cum rubro: her segir af setningo hatta lyckilsins, quæ omnia suo loco dabimus, et propterea lectiones hujus codicis dissimiles hic afferre supersedemus. — <sup>3</sup>) Neque hoc in præsentis tractatu, qualis in Cod. Worm. et Upsal. reperitur, præcessit, et initium primæ paragraphi hujus tractatus indicare videtur, aliquid quod nunc desideratur præcessisse.

tantes, voce cum quoque verbo cooriente. Quodque verbum hæc tria postulat: memoriam, sensum, intellectum; memoriam, ad tenendam verborum pronuntiationem; sensum, ad ea quæ loqui velis cogitanda; intellectum, ad vim verborum percipiendam.

2. Hæ igitur res sonum habent, aliæ quidem vocem, aliæ sermonem, ut dictum est. Una species soni est, quum fremit tempestas vel aqua vel mare, aut quum saxa vel rupes vel terra ruunt, qui sonus vocatur *gnýr* sive *þrymr*, *dynr* sive *dunur*. Item sonus collidentium metallorum aut strepentium hominum, qui sonus vocatur et *gnýr*, *glymr* sive *hlymr*; item sonus fractarum aut dissilentium arborum, qui sonus dicitur *brak* (crepitus) aut *brestir* (fragores): qui soni sunt ratione carentes. Sed præter hos sonus est, cui literæ solæ ad sermonem desunt; hic cantus vocatur, qualis est cithararum et aliorum instrumentorum musicorum. Alia soni species est, qua præditæ sunt aves aut animalia terrestria vel marina, quæ soni species vox dicitur. Quibus vocibus varia nomina sunt: aves canunt vel clangunt vel queruntur, et quidem diversis modis. Vox animalium multis nominibus distinguitur, quorum nonnullæ voces quid significare videantur, homines intelligunt. Animalia marina strident aut clangunt; quæ omnes voces, ut captus est plurimorum hominum, sensu fere cassæ sunt. Tertia soni species, qua homines præditi sunt, multo est significantissima, quæ constat sono, voce, sermone. Sermo fit ex spiritu, vibratione linguæ et positione labiorum. Si quis magnam oris facundiam adsequitur, ad eam rem opus est: intellectu, copia

Ef maðr getr mikla málsnild, þá þarf þartil<sup>1</sup> vit ok orðfæri ok fyrirætlun ok allhægt túngubragð. Ef tenn eru skörðóttar, ok missir tanngarðar, þat lýtir málit; svá ok ef túngan er of mikil, þá er málið blest; nú er hon ollítill, þá er sá holgómr. Þat kann ok spilla máli manns, ef varrar eru eigi heilar.

3. Muðrinn er leikvöllr orðanna, en túngan stýrið; á þeim leikvelli eru reistir þeir stafir, er allt mál gjöra, [ok fimm hringar eru um þá stafi slegnir, eðr settir í málshætti<sup>2</sup>. Í fyrsta hring eru fjórir stafir, er heita höfuðstafir, þá má til einskis annars nýta, en vera upphaf ok fyrir öðrum stöfum: þ, v<sup>3</sup>, h, q. Í öðrum hring eru stafir tólf, þeir heita málsstafir, hverr þeirra má vera bæði fyrir ok eptir í orðinu, ok gjörir þó eingi þeirra mál af sjálfum sér: b, d, f, g, k, l, m, n, p, r, s, t, nöfn þeirra eru eptir hljóð þeirra<sup>4</sup>. Í þriðja hring eru tólf stafir, er hljóðstafir heita; þessi er grein þeirra, fyrst heita stafir, ok skal svá rita<sup>5</sup>: a, e, i, o, u, y. Önnur er þeirra grein sú, at þeir heita limingar<sup>6</sup>, ok skal þá svá rita: æ, ø, ø<sup>7</sup>, þessir þrír stafir eru hvárr tveir hljóðstafir samanlimdir,

<sup>1</sup>) þrent, *add. W*, sed omittendum esse videtur, quum mox quatuor momenta adferantur. — <sup>2</sup>) verba textus islandici non perspicua sunt; settir í málshætti, non ad proximum hringar, sed ad remotius stafi incertus retuli. Respici puto utrumque schema alphabeticum, quod exhibet Cod. Upsal., quorum alterum representat dispositionem literarum, alterum rationem formarum syllabarum, quæ h. l. málshættir, moduli, formulæ sermonis dicuntur. Sed U, quæ a [sunt omittens, eorum loco habet: "quarum nunc has, nunc illas sermo arripit, quemadmodum nervi citharæ (sonos edunt), aut impulsu radii symphonix (sonos excitant)". — <sup>3</sup>) y pro v (anglosaxonico) dedit W. —

verborum, consilio et facili linguæ volubilitate. Si dentes sunt fracti et rari, linguaque in septo dentium frustratur, hoc sermonem vitiat, item si lingua magna est, blæsa fit; si cui nimis parva, is de nare loquitur. Possunt et labia non integra vitium sermoni adferre.

3. Verborum campus est os, gubernaculum lingua. In eo campo erectæ sunt literæ, quæ omnem sermonem faciunt, quinque circulis circumdatæ aut in modos sermonis inclusæ. In primo circulo sunt quatuor literæ, quæ dicuntur capitales, quæ nullum usum præstant, nisi ut sint initiales et præcedant alias literas: þ, v, h, q. In secundo circulo sunt duodecim literæ, quæ SERMONIS (*máls-stafir*) dicuntur; quarum quæque quum tam antecedere quam consequi in vocabulo possit, nulla tamen earum per se sonum reddere potest: b, d, f, g, k, l, m, n, p, r, s, t; harum sonum (potestatem) nomina sequuntur. In tertio circulo sunt duodecim literæ, quæ SONI (vocales) dicuntur. Harum distinctio talis est: primo dicuntur literæ (i. e. vocales simplices), quæ sic scribendæ sunt: a, e, i, o, u, y. Altera earum distinctio est, quod dicuntur CONGLUTINATÆ, quæ sic scribendæ sunt: æ, ø, ø. Quæ tres literæ constant binis vocalibus suo quibusque loco conglutinatis,

<sup>4</sup>) v. c. b-cb etc., vide circulum secundum schematis, in codice Upsalensi servati. Sed auctor sibi in hac re non constat, aliamque infra insistit viam, tractatum primum secutus. — <sup>5</sup>) heita, appellandæ, W. — <sup>6</sup>) vocales conjunctæ vel biformatæ. — <sup>7</sup>) quum ø et ø infra in hac § exprimatur per e, ø, τὸ ø respondet τῷ ø tractatus primi, pro quo etiam in codd. mscr. interdum usurpatur, vide Fms. Vol. 10. præf. p. xii.

Því at þessi stafr hverr hefir hvern lut af hljóði hinna, er hann er af gjörr. En þriðja grein er sú, er þeir stafir hafa, er heita lausaklofar, ok skal svá rita: *ey* ok *ei*; þessir tveir stafir eru ritaðir úbreyttir í hvárum stað, ok gjörr einn af, því at hann tekr hljóð þeirra beggja, en<sup>1</sup> fyrir ritsháttar sakir er þá úhægt saman at binda. Tólfti stafr er skiptíng: þat er rætr<sup>2</sup> hljóðstafr, ef málstafr er fyrir honum ok eptir í samstöfun, en ef hljóðstafr er næstr eptir hann, þá skiptist hann í málstafr, ok gjörast þá af honum mörg full orð, svá sem *já* eðr *jörð* eða *jór*; önnur skiptíng er þat, er hann er lausaklofi, svá sem áðr var ritað: þá er svá, ef málstafr stendr fyrir honum ok hljóðstafr eptir, svá sem *bjór* eðr *björn* eðr *björg*. á, í, ó, ý: þessir gjöra einir saman mörg orð full, en skamt mál gjöra þeir sjálfir. Ef á gjörir heilt orð, þá mezt það svá sem þú nefnir *yfir*<sup>3</sup>; ó eðr *ú*, þat skiptir um orðum, svá sem er satt eða úsatt. Menn kalla *ý* einn við<sup>4</sup>; *æ*, þat er veinon; kallað er ok *æy* eða *æi* þat er aldregi þrytr. Hljóðstafir hafa tvenna grein, þá er optlega skiptast orðin með, at þeir sé styttr<sup>5</sup> eða dregnir; er því betr dregit yfir þann staf, er seint skal at kveða, svá sem hær er: "á því *ári* er *Ari* var fæddr", [ok "er ertuð<sup>6</sup> hann<sup>7</sup>, þat *er* í minu minni".

<sup>1</sup>) ok, *W.* — <sup>2</sup>) æinn, *W.* — <sup>3</sup>) i *addere videtur W.*, quod ex conjectura supplevit Raskius: i, þat er fyrir innan; *U legit*: en í þeir sem (eru?) fyri innan. — <sup>4</sup>) eðr boga, aut arcum, add. *Edda Worm. sec. J. Olavium Grunnavicensem*, sed in codice *W* hæc non inveniuntur. — <sup>5</sup>) stvddir, *W.* — <sup>6</sup>) erfðvð, var. lect. in *Edda Worm. Olavii Grunnavic.* — <sup>7</sup>) a [om. *U.*

nam harum literarum singulæ aliquam partem habent soni earum, ex quibus constant. Tertia distinctio est literarum, quæ dicuntur DISJUNCTÆ (i. e. diphthongi), quæ sic scribendæ sunt: *ey* et *ei*; hæ duæ vocales in utroque loco immutatæ scribuntur et in unam coalescunt, quæ sonum harum utriusque participat; sed scribendi ratio (forma harum literarum) impedit, quo minus una copulari facile possint. Duodecima litera est VARIABILIS: hæc regularis vocalis est, si consonans eam in (eadem) syllaba antecedit et consequatur; sin vero vocalis eam proxime consequatur, in consonantem mutata, multa plena verba efficit, ut *já* (etiam) aut *jörð* (terra) aut *jór* (equus). Altera variatio est, quum in diphthongum, ut antea scriptum est, transit, quod fit, si consonans eam antecedit, vocalis vero subsequatur, velut *bjór* (cerevisia), aut *björn* (ursus), aut *björg* (rupes). á, í, ó, ý: hæ (vocales) solæ per se multa plena verba efficiunt, ipsæ vero brevem sonum (quantitatem) habent. Si á (in) integrum vocabulum efficit, perinde æstimatur, ac si nomines *yfir* (super); ó sive *ú* verba (verborum significatum) mutat, ut sunt *satt* (verum) et *úsatt* (non verum, falsum); ý vocant arborem quandam (ligni quoddam genus); æ est ejaculatio (interjectio dolentis); vocatur et *æy* sive *æi* (semper), quod nunquam cessat. Vocales duplicem habent speciem, qua sæpe vocabula mutantur, quum aut corripiuntur aut producuntur; qua re litera (vocalis) tarde pronuntianda melius virgulâ supra ducta notatur, uti hoc loco: "eo anno (*ári*), quo Arius (*Ari*) natus

Opt skipta orðaleiðingar öllu máli, hvárt hinn sami hljóðstafur er leiddur skjótt eða seint. Lofat er þat í ritshætti [at rita af límingum<sup>1</sup> heldr *á*-lykkju en full *á*, ok er þá svá: *ę*, *ρ*. Í fjórða hring eru tólf stafir, svá ritaðir: [B, D, F, G<sup>2</sup>, K, L, M, N, P, R, S, T; þessir stafir eru settir hverr fyrir tvá jafna sèr í ritshætti, þvíat sum orð endast í svá fast atkvæði, at eingi málstafur fær einn horið: svá sem *hæll* eða *fjall*, *kross* eða *hross*, *framm* eða *hramm*; nú þarf annaðhvárt at rita tvá málstafi eðr þenna einn. Í fimta hring eru ritaðir þeir þrír stafir, er heita undirstafir: *ð*, *z*, *x*, má þeim við engan staf koma, nema þeir sè eptir hljóðstaf í hverri samstöfun. Fjórði stafur er *c*, [þat er rétt<sup>3</sup> hans hljóð, at hann sè í enda samstöfu sem aðrir undirstafir. Titlar eru hér svá ritaðir sem í öðrum ritshætti<sup>4</sup>; hefir titull ekki einkar eðli til stafs, heldr er hann til skýringar rits. Sól heitir Títan, heitir þaðan af titulus í latínu, er vèr köllum titul, þat er sem lítil sól; því at svá sem sól lýsir heim allan, svá lýsir titull orð rétt ritin. Þessir eru fjórir höfuðstafir:

<sup>1</sup>) *a* [sic *U* et *Raskius*; af hneigingum, nec plura, *W.* —

<sup>2</sup>) *a* [in margine *W* manu recentiori addita. — <sup>3</sup>) *a* [*U* sic habet: ok hava svmir menn þann ritshatt at ... *a* (rita?) hann fyrir *kę* (konvng), [*Rask. dedit*: at setia *c* fyrir *k* — *alii*: *c* fyrir konung], en hitt eina er rétt, etc., i. e., si lectionem *Raskii* sequimur: "atque sunt, qui ea scribendi ratione utuntur, ut *c* pro *k* ponant, sed is solus ejus verus sonus est", quibus verbis respici possit ad tractatus primi § 7 init. — <sup>4</sup>) *U* quæ sequuntur omittit, sed eorum loco schema quoddam exhibet ad formationem monosyllabaram, quod suo loco adferendum erit.

est", et, "vos (*er*) ei parentavistis<sup>a</sup>, quod accidit (*er*) mea memoria". Sæpe pronuntiatio (quantitas) verborum sensum totius sententiæ mutat, prouti eadem vocalis aut productè aut correptè pronuntiatur. In scriptione permissum est, vocales conjunctas adhibere, ut potius semicirculus literæ *a*, quam plenum *a*, scribatur, hac figura, *ę*, *ρ*. In quarto circulo sunt duodecim literæ, hac figura: *B, D, F, G, K, L, M, N, P, R, S, T*. Harum literarum singulæ in scriptione ponuntur loco duarum sibi similibus; quædam enim vocabula tam expressa pronuntiatione proferuntur, ut nulla consonans sola possit eam sustinere, v. c. *hæll* aut *fjall*, *kross* aut *hross*, *framm* aut *hramm*; qua re opus est, aut duas consonantes, aut harum unam scribere. In quinto circulo scriptæ sunt tres literæ, quæ FINALES vocantur: *ð*, *z*, *x*, quæ nulli literæ possunt adplicari, nisi vocalem cujusque syllabæ consequantur; quarta litera est *c*, cujus verus sonus est, ut in fine syllabæ, sicut ceteræ literæ finales, ponatur. Titulorum hoc loco eadem figura retinetur, quæ in alia scriptura<sup>b</sup>. Titulus propria quidem natura indolem literæ non habet, sed scripturæ perspicuitati inservit. Sol dicitur TITAN, unde in latino sermone

<sup>a</sup>) *ertvð*) Quoniam significatio irritandi (*erta*) non convenire videbatur h. l., accepi *ertvð* (pro *erdud*, t=d) secundum dialecticam varietatem pro *erfðuð* ab *erfa*, quæ dialectus hodieque obtinet in Vestfjördis Islandiæ. Si Arius, h. l. nominatus, est Arius Polyhistor, potuit auctor hujus tractatus, qui in vivis fuerit 1200 aut aliquanto post, exequias ejus memoria tenere. — <sup>b</sup>) intelliguntur regulæ orthographicæ usu receptæ, sive in scriptis islandicis, sive latinis, pro illorum temporum scribendi ratione; præsertim autem respici puto regulas orthographicas tractatus primi, cum quo sequentiâ de Titulis (abbreviaturis) fere verbo tenus concordant.

þ, v<sup>1</sup>, h, q; en þessir eru sex hljóðstafir<sup>2</sup> óbreyttir: a, e, i, o, u, y, eru þeir ok límdir saman í rits-hætti: þá eru þessir tólf saman málstafir úbreyttir: b, d, f, g, k, l, m, n, p, r, s, t. Þessir eru undirstafir: [ð, c, x, z; x, z, z<sup>a</sup>, þeirra<sup>4</sup> má missa í vâru máli ef vill: x er samtengdr af c ok s í latínu; z, hann er samtengdr af d ok s, ok er ebreskr; z er heldr samstöfon en staf<sup>5</sup>: eru stafaðir saman e ok t í latínu.

4<sup>6</sup>. En fyrir því nú, at sumir samhljóðendr hafa sitt líkneski ok nafn ok jartein, en sumir hafa höfuðstafs líkneski ok [nafn ok jartein, en sumir hafa höfuðstafs líkneski ok<sup>7</sup> skipat stöfum sumra<sup>8</sup> í nafni ok aukit atkvæði bæði nafns ok jarteinar<sup>9</sup>; en sumir halda líkneski sínu, ok er þó mínkat atkvæði nafns þeirra, ok jartein sú, er þeir skulu bera í málinu, skal<sup>10</sup> þeirri lík, er í nafninu verðr: þá skal nú sýna leita bæði líkneski þeirra ok svà nöfn fyrir ofan rituð, at yfir þat<sup>11</sup> megi nú allt saman líta, er áðr var sundrauslega um rætt:

a, á; o, o; [e, e<sup>12</sup>; [i, í<sup>13</sup>; u, ú; y, ý;

<sup>1</sup>) hic etiam y pro v dedit W. — <sup>2</sup>) ex emendatione Raskii pro höfvistafir, W. — <sup>3</sup>) ex emendatione Raskii pro: y. — <sup>4</sup>) a [c, x, z, y. z þeirra, W, prave, apparet enim librarium omisisse ð, τ z bis scribere neglexisse, et y prave dedisse pro x; in editione Raskii crevit error, quum vocem ok plenius literis dederit pro compendio z. — <sup>5</sup>) fastr, prave, W. — <sup>6</sup>) tota hæc pericopa ex tractatu primo desumpta est verbo tenus (supra p. 30-32). — <sup>7</sup>) a [add. ex superioribus, vide supra p. 30, nam h. l. om. W. — <sup>8</sup>) ex l. c. correctum; cum sumir, prave, W. — <sup>9</sup>) sic W. — <sup>10</sup>) add. ex loco tractatus primi (supra p. 30), nam hic om. W. — <sup>11</sup>) ex emend. Rask. pro þm (þeim), W. — <sup>12</sup>) a [e, c, W. — <sup>13</sup>) a [om. W.

TITULUS derivatur, quem nos dicimus *titul*, quasi diceret parvum solem: nam quemadmodum sol totum mundum collustrat, sic titulus recte scriptus vocabula illustrat. Hæ sunt quatuor literæ capitales: þ, v, h, q; hæ vero sex vocales simplices: a, e, i, o, u, y, quæ<sup>a</sup> etiam in scriptione conglutinari solent. Porro hæ sunt duodecim consonantes invariatae: b, d, f, g, k, l, m, n, p, r, s, t. Hæ sunt literæ finales: ð, c, x, z. x<sup>b</sup>, z, z, his literis in nostro sermone facile carere possumus; x compositum est ex c et s in sermone latino; z, quæ litera hebraica est, compositum est ex d et s; z potius syllaba quam litera est, e et t in sermone latino una syllaba compositis.

4. Quum vero aliæ consonantes suam habeant figuram, nomen et potestatem, aliæ majuscularum figuram, nomen et potestatem, aliæ figuram majusculæ, commutatis nominis literis, amplificata et nominis et potestatis pronuntiatione, aliæ figuram suam retineant, potestate, quam in sermone habere debeant, cum nominali potestate æquata: jam et figuras earum et nomina supra scripta ostendere conabor, ut quæ antea sigillatim sunt disputata, nunc collecta universe in conspectum cadant:

a, á; o, o; e, e; i, í; u, ú; y, ý;

<sup>a</sup>) eru þeir ok] nescio an legendum sit, eru þrir ok, i. e. quarum tres, nempe a, e, o, quæ conjunctæ efficiunt æ (ae), o (ao), ø (eo). — <sup>b</sup>) Sequentia usque ad finem paragraphi conveniunt cum tractatus primi § 7 ita, ut minori verborum ambitu h. l. circumscripta sint.

b, B, c, K, d, D, f, F, g, G,  
 bè, ebb, che, ecc, dè, edd, ef, eff, ge, egg,  
 q, h, H, l, L, m, M, n, N, p, P,  
 eng, há, Há, el, ell, em, emm, en, enn, pè, epp,  
 r, R, s, S, t, T, x, [ð, z, z, þ,  
 er, err, es, ess, tè, ett, ex, eð, zet, et, þe,  
 -, ʔ, r, ω, w, ʔ.  
 m (n), er, ar, ur, ra, us.

Nú verðr þetta alltsaman stafrof kallat.

5. Þessir stafir gjöra allt mál, ok hendir málit ymsa, svá til at jafna sem hörpustrengir gjöra hljóð, eða eru leystir luklar í simphoníe<sup>2</sup>, eða þá er organ gengr upp ok niðr, aprt ok framm um allan gamma<sup>3</sup>, þann er með sér hefir níttján lukla ok átta raddir, ok nú koma til móts þessir fimm hringar stafanna, er áðr var um rætt: kallast nú hvárir við aðra stafrof ok gammi, ok taka nú hljóðstafir þar sín hljóð, ok

<sup>1</sup>) a [sic fere Raskius dedit; in W non sine confusione ita exprimitur: eX, et, þe, -, ʔ, r, ω, w, ʔ, Z, x, X, z, &, þ. —  
<sup>2</sup>) Instrumentum musicum, quod Symphonia dicitur, sic describit Isidorus Hispalensis (Orig. Lib. 2. c. 21): "SYMPHONIA vulgo appellatur lignum cavum, ex utraque parte pelle extensa, quam virgulis hinc et inde musici feriunt, fitque in ea, concordia gravis et acuti, suavissimus cantus". Idem hoc instrumentum cum tympano comparat eodem capite: "tympanum est pellis vel corium ligno ex una parte extensum. Est enim pars media SYMPHONIE, in similitudinem cribri. Tympanum autem dictum, quod medium est, unde et margaritum medium tympanum dicitur, et ipsum, ut SYMPHONIA, ad virgulam percutitur". Hæc Isidorus de symphonia sui temporis (sec. 6-7). Sed nostro loco puto intelligi speciem aliquam clavecymbali s. clavichordii (klaveer, clavecin); per lykklar (propr. claves, radios vertii) plectra s. pinnas (ut Angl. key), quibus fides clavichordii

b, B, c, K, d, D, f, F, g, G,  
 be, ebb, che, ecc, dè, edd, ef, eff, ge, egg,  
 q, h, H, l, L, m, M, n, N, p, P,  
 eng, ha, Ha, el, ell, em, emm, en, enn, pe, epp,  
 r, R, s, S, t, T, x, ð, z, z, þ,  
 er, err, es, ess, te, ett, ex, eð, zet, et, þe,  
 -, ʔ, r, ω, w, ʔ.  
 m (n), er, ar, ur, ra, us.

Quæ omnes characteres alphabetum dicuntur.

5. Hæc literæ omnem sermonem efficiunt, quarum nunc has, nunc illas arripit sermo, haud secus ac nervi citharæ sonos reddunt, aut quando radii symphonie impelluntur, aut organum totam scalam musicam, undeviginti radios octoque sonos comprehendentem, sursum deorsum, ultro citro percurrit. Igitur hi quinque circuli literarum, quorum ante facta mentio, obviam eunt: jamque alphabetum et scala musica invicem inclamant, literæ soni sonos, literæ vocis vocem, literæ sermonis sermonem arripiunt, congregatæque tantam efficiunt

pulsantur et quibus fistulæ organi pneumatici aperiuntur et clauduntur (Gall. claviers, Dan. Tangenter i et Klaveer, i et Orgel). — <sup>3</sup>) Sec. 7<sup>mo</sup> dixerat Isidorus Hispal. (Orig. Lib. 3. c. 14): "Nisi ab homine memoria teneantur soni, pereunt, quia scribi non possunt"; sed circa initium seculi undecimi Guido Aretinus (ex Aretio, oppido Etruriæ), monachus ex ordine Benedictinorum, scalam musicam invenit, sexque notas musicas, Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La (= c, d, e, f, g, a), quæ hodieque usurpantur, quarum nomina desumpta sunt ex primis syllabis verborum, occurrentibus in tribus primis versibus hymni in laudem St. Johannis: Ut queant laxis Resonare fibris | Mira gestorum Famuli tuorum, | Solve polluti Labii reatum.

raddarstafir rödd, málstafir málit, ok samnast til orðanna svá margra, at ekki er þess mælt í heiminum, at eigi sé þessir stafir til hafðir. Nú eru eingi þau læti eða hljóð eða raddir, at eigi muni þat allt finnast í gammanum. Nú tekr svá fremi mikit um gjörast, er orðin hefjast upp ok hljómrinn vex ok raddirnar glymja á, nefnist ok svá fremi söngur, er þetta hefir allt til, ok nú þyss sjá flokkur framm á leikvöllinn, ok öllumegin at stýrinu, því er túngan heitir, ok heita nú á hana til málsins ok orðanna ok söngsins, at hon kveði þat allt upp, ok hon gjörir svá ok hneigir sik til stýrimannsins ok mælir<sup>1</sup> svá: Ósanna<sup>2</sup>! segir hon, þat þýðist á vára túngu svá: græð þú.oss! en þat er á ebresku mælt, ok stakk hana náttúran til þess; fyrir því at hon var fyrst, ok gekk þá um allan heim, þángat til er guð skipti þeim.

6. Nú segir þar til, at henni þótti hann vera stýrimaðrinn, er hann skapaði hana, ok af Krists nafni er kristnin kölluð; vèr, er kristnir erum, köllum hann höfuð vart, en vèr hans limir ok liðir, ok hans sonr er sá, er hann sendi hingat í heim, ok sá er varr faðir, en vèr hans börn; var ok faðirinn vænligr til at stjórna sínum börnum svá sem bezt gegndi; var því orðit or messunni tiltekit, at hann vissi hverr

<sup>1</sup>) maler, W. — <sup>2</sup>) *Isidori Orig. Lib. 6, c. 19*: osanna in alterius linguæ interpretationem in toto transire non potest. Osi enim "salvifica" interpretatur: anna interjectio est, motum animi significans sub deprecantis affectu. Integre autem dicitur osianna, quod nos corrupta media vocali litera et elisa dicimus osanna, sicut fit in versibus, cum scandimus;

verborum multitudinem, ut nihil usquam terrarum ore proferatur, quin hæ literæ adhibeantur; itidem nulli sunt clamores, nulli soni, nullæ voces, quin in scala musica reperiantur. Jam tum demum res magno cum vigore agitari incipit, quum verba efferuntur, sonus augetur, vocesque insonant (nam is demum cantus dicitur, qui hæc omnia habeat), jamque hæc turba in campum ruit, et gubernaculum, quod lingua dicitur, undique circumfusa, appellat eam de sermone, de verbis, de cantu, ut hæc omnia pronuntiet. Atque illa sic facit, inclinansque ad gubernatorem ita loquitur: OSANNA, inquit (quod nostro sermone sic interpretatur: SANA NOS); quod verbum, sermoni hebraico proprium, impulsu naturæ profert, eo quod hæc lingua prima fuit, et per universam terram usque eo invaluit, donec deus linguas divisit.

6. Ex eodem verbo apparet, illum ipsum ei (linguæ) gubernatorem visum, qui eam creavit: et ex Christi nomine ecclesia christiana vocata est, quem nos, qui christiani sumus, caput nostrum adpellamus, nosmet vero ejus membra et articulos; ejusque filius is est, quem in hunc mundum misit: idem pater noster est, cujus nos liberi sumus; qui pater, uti expectare par est, liberos suos ita regit, uti eorum commodo maxime expedit. Ideo vero hoc verbum ex missa desumptum

*litera enim prima verbi sequentis extremam prioris verbi veniens excludit, et dicitur Hebraice osanna, quod interpretatur "salvifica", subaudiendo vel "populum iuum" vel "totum mundum".*



lofsöngur honum þótti mestr frammsluttur þessa heims við sik sjálfan; er þar ok vár hjálp öll í fölgín, er um hans písl er rætt ok sár, er hann þoldi á krossinum helga, er or rann bæði blóð ok vatn; ok í því erum vér skírðir, er rétt trúum á almáttkan guð; ok þat hans hold ok blóð, er í messunni er frammslutt, er vart farnest, þá er vér förum af þessum heimi. Nú skal þat vån vár at vætta þess, at svá fremi farist oss vel, er svá verðr sem hann hefir fyrir sèð: at bæði sè, at hann er í för með oss ok vér með honum, þá er vér förum heim til föðurleifðar várrar; ok þá er hann hefir skipt sínu liði sèr til hægri handar eptir dómsdag, þá skulum vér hefja upp Allelújá<sup>1</sup>, fyrir því at þat er eigi jarðneskr söngur, sýngja þetta þá allir saman tíu fylki guðs engla ok manna, þá er almáttigr guð ferr meðr sína ferð heim í himinríkis dýrð, ok skulum þá una í sífellu, svá at aldri skal eptir<sup>2</sup> verða, með guði almáttkum, þar sem hann er æ ok æ með feðr ok syni ok helgum anda, sá er lífir ok ríkir einn guð of allar aldir veralda. Amen.

<sup>1</sup>) De Alleluia sic Isidori Orig. loco ante proxime citato: Alleluia duorum verborum interpretatio est, hoc est, laus Dei, et est Hebræum, ia enim unum est de decem nominibus, quibus apud Hebræos Deus vocatur; Amen significat vere sive fideliter, quod et ipsum Hebræum est. Quæ duo verba, Amen et Alleluia, nec Græcis, nec Latinis, nec Barbaris licet in suam linguam omnino transferre vel alia lingua annunciare; nam quamvis interpretari possint, propter sanctiorem tamen auctoritatem servata est ab apostolis in iis propriæ linguæ antiquitas.

fuit, quod ipse novit, quem hymnum sibi decantatum hac in vita præstantissimum iudicet. In eo quoque spes nostra omnis posita est, quum sermo habetur de ejus cruciatu, quem in sancta cruce perpeusus est, deque vulnere ejus, e quo et sanguis et aqua effluxit, in quo baptizati sumus, qui in deum omnipotentem recte credimus; ejusdemque caro et sanguis, quæ in missa proferuntur, nostrum sunt viaticum, ex hac vita demigrantium. Itaque ea nostra spes esto, ut speremus, nobis tum demum nostram migrationem feliciter cesuram, si ita acciderit, uti ipse providit, ut et nos ille et illum nos comitemur, domum in patriam nostram concedentes. Qui quum, exacto die iudicii, cohortes suas a dextra sua collocaverit, *Alleluia* ordiemur, eo quod hic terrestris cantus non est; quem cantum universæ decem cohortes dei angelorum et hominum tunc una canent, quum deus omnipotens suo cum comitatu domum in regni cœlestis gloriam revertetur; nosque perpetuo, nunquam ut ullus finis sit futurus, felices manebimus apud deum omnipotentem, quo loco ipse est sempiternum cum Patre et Filio et Spiritu Sancto, qui vivit et regnat unus deus per omnia secula seculorum. Amen.

*Tanta enim sacra sunt nomina, ut etiam Johannes in Apocalypsi referat se spiritu revelante vidisse et audivisse vocem cœlestis exercitus, tanquam vocem aquarum multarum et tonitruum validorum, dicentium Amen et Alleluia; ac per hoc sic oportet in terris utraque dici, sicut in cœlo resonant. —*  
<sup>2</sup>) endir conjec. Rask.